

*Centaurea reflexa*, Lam.; subsp. *C. pubescens*, Willd.; var. *Huetiana*, nob.—*Centaurea Hookeriana*, nob. miss.—Primo intuimus a *C. pubescens* differt capitulis multo majoribus, flosculis aurantiaco-purpureis, involucri foliorum spina media longiori, demum recurvata utrinque spinulosa. Habui pro specie nova, donec specimen permulta hujus gregis diligenter explorata notas specificas nuncupare indicates fallaces esse me docuerunt.—Hab. In planicie Maroccana ad fines Prov. Mtouga et Shedma!

Cum typo *C. reflexa*, Lam., arte affines sunt, et meo sensu quae subspeciebus habendae, *C. pubescens*, W.,\* *C. ornata*, W., *C. saxicola*, Lag., *C. omphalotricha*, Coss. et Dur., et *C. protacanthus*, Boiss. et Held. His forsitan addendae sunt *C. latissima*, DC., et *C. persica*, Boiss. Hujus gregis varietas nostra regna est. Similiter robusta 2-4-pedalis; capitula magna, colore ab aurantiaco ad atropurpureum variantia; achenia basi copiose sericeo-pilosa; pappus ut in *C. pubescens* longitudine mediocris, demum fusca.

*Centaurea maroccana*, nob.—Planta humilis, dichotome ramosa; folia radicalia (et interdum caulinaria inferiora) pinnatifida, lata angulato-dentatis; caulinaria lanceolato-vel linearis-oblonga, interna acute denticulata; longe decurrentia; capitula terminalia; lata folia suprema fulcrata; inflorescentia implexa (scil. rami seniora abbreviati a junioribus superati); involueri elongati foliola minus cartilaginea, spina valida utrinque spinulosa coronata; foliorum mediorum spinæ elongatae, internorum abbreviatae; achenia matuta epapposa.—Hab. Sat frequens in regione arida subdeserta inter Mogador et urbem Maroceo.

Species fere media inter *C. eriophoram*, L., et *C. sulfuream*, W., ab utraque mihi videtur sat diversa; structura priori, facie tamen *C. sulfurea* propior. A *C. eriophora* differt statura multo minore, capitulis minoribus dimidio angustioribus nitidis, nec tanar araneoso pubescentibus, spinis foliorum involucri validioribus. *C. sulfurea* gaudet foliolis involueri omnino diversis, appendice spinis radiantibus coronata, spina media fusca cæteras paulo longior (fere ut in § *Seridia*), dum in *C. maroccana* spina media valida est potius subpinnatim spinulosa spinulis utrinque sparsim dispositis. Nostra species est affinibus præcocior, achenia jam matura vidimus dum *C. sulfurea* nondum florebat.

*Carduncellus lucens*, nob.—Aproxima *C. monspeliensem*, All., differt foliis et involucri squamis magis spinosis, spinis longioribus albis lucentibus, et achenio (nondum matura) laevi nigro-nigra corrugata grisea. Folia primaria integra ciliato-spinosa, sequentia pinnatipartita, lobis eximie pectinato-spinosis; involucri foliorum appendix late scarioso-pectinata, intimorum anguste marginata.—Hab. In regione superiori Atlantis Majoris. In convalle Ali Mesan! a 2000m ad 2540m.

Species ulterius exploranda; achenia nostra nimis immatura

*Pieris albida*, nob.—Planta ramosa, decumbens; folia inferiore

\* Si *Centaurea pubescens* W., est eadem ac *C. incana*, Desv. Pl. All., sicut ipso Willdenovius suspicatus est, nomen Fontanesianum ad hanc speciem vel subspeciem revocandum erit. *C. incana*, Ten., et *C. incana*, Lag., sunt enim nomina recentiora.

lyrato-pinnatifida, superiora angusta, basi semiamplexicaulia, pedunculi bracteati; capitula pro genere parva; involuci foliola exteriora dorso subindurato, interiora viridia pappum æquantia; ligulæ albide, longiusculæ (exsiccate ochroleucæ), exteriores dorso purpurascentes; achenis omnia pappo plumosa coronata, rostro longiusculo ipso achenio subæquali.—*Hab.* Hinc inde in planicie Maroccana. Prope Sheshaoua! Mzouda! Seksacua! et alibi.

Ex acheniorum structura ad § *Euphorbia* adjungenda, facie potius ad § *Spizelia* subsimilis et præsertim ad *P. cupuligeram*, Dur. in Expl. Alg., quæ verosimiliter est *P. pilosa*, Del., mera varietas. Nostra species proxima est *P. campylopoda*, Boiss., et *P. longirostræ*, Sch. Bip. Prior differt habitu erecto, foliis sinuato-dentatis indumento minus rigido.

In *P. albida* indumentum in herba tota biforme, ex pube brevi et setis rigidis apice non glochidiatis.

*Crepis taraxacifolia*, Thunb. DC. (sub *Barkhausia*); subsp. *C. stellata*, nob.—Differt a typo canale minus ramoso oligocephalo, foliis magis hispidis, involuci foliolis exterioribus angustioribus, valde inæqualibus magis adpressis, interioribus margine membranaceis, post anthesin concavis stellatim expansis, receptaculo minus piloso.—*Hab.* In provinciis meridionalibus Imperii Maroccani, sat frequens. Haha! Tasserebout! Urika! Seksacua! Ait Mesan! usque 1400<sup>m</sup>.

Forma Maroccana *C. taraxacifolia* habitu diverso, potiusquam charactere technico, distinguenda. Achenia foliolis involuci subæqualia, exteriora foliolis adhaerentia.

*Crepis* (§ *Omalochne*) *Hookeriana*, nob.—Rhizoma pereenne, crassum, saepius furcatum; folia omnia radicalia, hirtula, lyrato-runcinata, lobis triangularibus acutis, saepius denticulatis; scapus 4-8 pollicaris, ascendens, indivisis, medium versus bracteola linearis instructus, involuci foliola exteriora angusta, interiori nigrescentia, apice ciliolata, lata brevi plus minusve adspersa; receptaculi foveolarum margo membranaceus lacero-ciliolatus; ligulæ flavæ dorso rubellæ; achenia elongata, non compressa, lævia, vel oculo armato tenuissime asperula; pappi nivei setæ scabriuscule.—*Hab.* In regione superiori Atlantis Majoris, in monte Djebel Tezah! a 2400<sup>m</sup> ad 3000<sup>m</sup>.

Species probe distincta, affinis *C. oporinoide*, Boiss. Voy. en Esp. ii., p. 388, tab. cxvii. In hac scapus foliacetus, bifurcatus; folia pinnatifida, glabra, seu rarius parce lanata (nec hirtula), segmentis subæqualibus, linearis-lanceolatis, obtusiusculis, supremo elongato; margo foveolarum receptaculi brevissimus, vix membranaceus, sublente minutissime ciliolatus. Celeb. Boissier *C. oporinoides* suæ pappum plumosum et achenia compressa tribuit. In speciminibus plurimis a me exploratis pappi setas simplices sublente asperulas, et achenium maturum subcyindricum, nec compressum semper observavi. *C. cespitosa*, G. G.; Moris (sub *Barkhausia*) facie plantæ nostræ simillima differt acheniis rostratis cæterisque notis.

*Hypochaeris leontodontoides*, nob.—Radix crassa, subverticalis, divisa, ad collum foliis emarginatis vestita; folia rosulata, obovato-spatulata, obtusa, vel obverse lanceolata, acuta, repando-